Sala IV leg. 104-18

ORANI

1624

Sentencia de la Audiencia de Cerdeña, absolviendo a Ana de Portugal del pago de una misa diaria fundada por Brianda Masa.

GOBIERNO DE ARAGON

t

Tempio ~~1548~~. 1624 Leg. 2. N. 8.

Cerdeña

S. 14 bg. 104-18

Sentencia pronumpciada por la Audiencia de Cerdeña en 23 de Julio de 1624 por la qual se absolbió a la Ex.ma D.a Ana de Portugal Marquesa de Orani como posehedora de este Estado de la pretension deducida por los P.P. Fran.cos de la V.a de Tempio en orden a que annualmente se le pagasen 80 L. por la memoria de una Missa diaria que dexo en d.ho esto nasario D.a Briança Maza, y se condenó al Duque de Mandas como posehedor de los bienes de esta a su pagamiento a la de 100. lib.s annuales q.e les havia consignado para la fabrica del Convento hasta que se concluyese./

Ihs Xpus

Quoniam Presentis processus meritis attentis, et signanter Instro recepto
in Ciuitate Valencie per Archisium Nicolaum Ferrer publicum Notm, die quin
to mensis Junij Anni 1548 Constat nobilem Briandam Maça deliçana, Carroz
et de Arborea eo tempore dominam In pnti Sardinie Regno Statuum vulgo
hodie nuncupatorum de Maços et Portugal Encontratarum, et villarum eisdem adja
centium et pertinentium, donasse seu donationis titulo dicta Inter viuos Concessisse
Fratribus franciscanis de observantia (qui tunc temporis Incoare ac de nouo constru
re et Edificare Decreuerant In villa de tempio sita et posita In Encontrata
Gallurensi, quoddam Monasterium sub Inuocatione Beati francisci, quod siquidem
Monasterium vt In eo Instro legitur, Jam Ceptum fuerat per eosdem fratres,
et propter ipsorum nimiam paupertatem illud perficere non poterant) ad
opus edificandi predictum monasterium, nec non pro celebranda quotidiana
Missa In eodem Monasterio pro anima Ipsius et predecessorum Illius per
modum Elemosine; donasse Inquam Concessisse atque tradidisse fratribus pre
dictis et alijs Successoribus In dicto monasterio, Centum octuaginta libras mo
neta huius Regni, videlicet libras Centum annuales in duabus Equalibus so
lutionibus, tantum et tamdiu donech predictum monasterium Cum omni effectu fuisset
constructum Edificatum atque In perfectionem redactum, et reliquas octuaginta
libras annuales Jisdem rendales et perpetuales super fructibus, redditibus et Emolu
mentis dicte encontrate villarum et locorum eiusdem, ad effectum supra me
moratum Celebrande videlicet misse quotidiane, soluendas eisdem a procuratoribus
receptoribus vel collectoribus qualibus dicte donatricis, qui tunc essent vel pro
tempore forent, adiecta Insuper Concessione respectu dictarum Centum librarum
quod quotiescumque predictum monasterium Constructum et edificatum foret Cum
omni effectu, prestacio annua illarum Cessaret atque euanesceret, Ita et taliter
ac si minime eiusmodi donatio ipsis fratribus ab ea facta et concessa fuisset,
vt in supracalendato Instro latius Continetur; Constat etiam exhibiti Appocis

per

GOBIERNO DE ARAGON

+

per Economum et procuratorem dictorum fratrum In actis exhibitis cum se schedulas obl: die 19 mensis februarij Anni 1590 firmatisque pro tempore per guardianos dicti Conventus Ipsosque gasparis valmaña q.º publici not.rii, una eam videlicet die quinto mensis novembris Anni 1588, altera vero die 20 eiusdem mensis novembris Anni Subsequentis 1589 habuisse atque recepisse ab Ill.ri Marquione deterra nova Don Petro Maça per manus Petri Joannis Arquer eius procuratoris generalis illius, octuaginta libras eisdem solui solitas pro Charitate Celebrationis dictae missae quotidianae. Constat insuper ex Informatione ad Instantiam et pro parte dicti Economi recepta de mense marcij anni 1590 et testibus quam plurimis ab eo nistratis, Monasterium predictum Construtum et cum effectu Edificatum minime fuisse In villa predicta de tempio nec ad perfectionem redactum prout debuit, sed dum taxat fuisse dictis fratribus assignatam quandam domum Petri Mangoni q.º, quam In ecclesiam erexere, eadem in sui pristina forma remanente, et In aliquo non meliorata, Ruinamque obid et sui vetustatem postmodum passa, taliter quod In dicto monasterio solum inhabitant (ut ipsi testes deponunt) duo veteres aut ad summum quatuor aut quinque fratres, ob illius nimiam Incommoditatem; ex quibus et alijs ex processu Insalto resultantibus satis superque fundata remanet Intentio Economi predicti adversus Rectorem et procuratorem Status et seu ducatus demandas Spectantis Jure hereditario Ill.mi duci del Infantado moderno illius possessori non obstante divisione dictorum Statuum Superioribus annis subsecuta virtute Regiae Sententiae latae Inter dictum Ill.mum q.º don Petrum Maçam quo dux ipse causam habet et Ill.mam Annam de Portugal duchissam de Pastrana nunc dominam et possestricem dictae encontratae Gallurensis, Ex quo divisio predicta minime officere aut perjudicare potuit Juribus dictorum fratrum saltem respectu partis bonorum contingentium ex dicta divisione dicto don Petro Maça heredi et Successori Immediato prefatae nobilis Briande donatricis, ex cuius bonis (ut ex supra memoratis apochis constitit) in nihilum obstante eiusmodi divisione) solutum annuatim quantitas illa octuaginta

libras

GOBIERNO
DE ARAGON

librarum assignatas pro charitate et elemosinas celebrationis omnis missa quotidie
na de qua supra; Id circo et ats Sua ex^a conclusione in R^a Audientia sumpta
insequendo providet, pronuntiat, sentiat atque declarat condemnandum fore et
esse Rectorem et procuratorem dicti Status et Ducatus de Mandas pro ut
illum cum praeti condemnat ad dandum et solvendum realiter et cum effectu
fratribus predictis seu habentibus potestatem ab eis dictas centum libras annuas
decursas usque hac, et ipsis veredebitas liquidatione reservata nec non
etiam imposterum decurrendas et debendas usque ad congruam Edificationem
dicti monasterii iuxta voluntatem dicte nobilis Brianda donatricis, qua
adimpleta, cesset omnino prestacio illarum Hoc amplius intellecto et declarato
quod si e expensionibus decursis (opere jam completo et ad perfectionem reducto
iuxta loci et habitatorum condicionem et qualitatem) aliquid supererit
minime cedat ad comodum dicti Monasterii aut fratrum illius, sed —
consolidetur cum fructibus et redditibus dicti Status,—

Caeterum quod attinet ad praetensionem dicti Economi respectu dicta
Ill^s Ducissa de Pastranza et illius procuratoris in hoc judicio comparentis
pro contributione dictarum centum librarum annuatim ipsis fratribus
ut supra relictarum et assignatarum ad effectum construendi monaste
rium predictum; Attento quod per dictam Regiam sententiam constat
Eam non a prefata Dna Brianda donatrice sed a nobili Joanne —
Masa et Joanne Coseant eius annuente causam habere, nec ipsam —
aut illius predecessores participasse in solutione aliarum octuaginta —
librarum pro ut ex Appocis supra memoratis constitit Sua ex^a —
eandem conclusionem insequendo providet pronuntiat sentiat atque decla
rat absolvendum fore et esse Procuratorem dicti Status de Portugal
pro ut illum cum praeti absolvit a contributione et solutione dictarum
centum librarum aut partis illius; Et neutram partem in expensis

condemnat

8

Condemnat, sed pro bigraetis executionem fieri mandat, non obstanti-
bus quibusvis aliis ~~~

Don Fran.cus Pacheco R.s

V.t Vico et Artea —
V.t Tarazona —
V.t Scarxoni —

Latta et Promulgata fuit huiusmodi Sententia sive Declaratio per Suam Ex.am
et In eius persona per nobilem et mag.cum Don Fran.cum Pacheco Regium consiliarium
Regiam cancellariam Regentem deque eius mandato lecta et publicata per me not.m
Intus In quadam aula domicilij quam fovet Intus hunc castrum calari die
ad dictam proferendam Sententiam assignato Intus vigesimo tertio mensis
Julij Anno a nat.te domini Millesimo sexcentesimo vigesimo Quarto calari Instante
et requirente dictamque Sententiam ferre et promulgari petente Antonio Pirella
Sindico conventus et fratrum S.ti Fran.ci alia vero parte absente, presentibus Jacobo
Antiocho Tamarit et Joanne Antonio Durant not.s viijs pro testibus nec
non Nicolao Scano Regio portario qui missam publicavit ~~~

Fran.cus Vilaret not.s et coad.r
Secret.s pro herede Serra —

Copia huiusmodi Sententie In his duobus papireis foleis pnti comprehensa licet Alieno calamo scripta sumpta fuit a
suo originali processu Recondito In Scribania Locumt.s Gnalis Callari consultato Et Cum eodem Veridice
comprobata prout facit fidem ferdinandus Salaber not.s Et secret.s dicte Locumt.s e gnalis Et Regie Audientie
Et ideo cuius copie vel uti suo originali In Judicio Et Extra plenaria fides adhibeatur Ego Idem ferdinandus Sala
ber Not.s Et secret.s qui supra In fidem premissorum hic Instante Joanne de Caravagial procuratore Gnale Et Rectore
... de pastrana precedenti mandato me subscribo die decimo tertio Augusti Anno a nat.te dni Millesimo Sexcentesimo vigesimo
quinto calari Et meum solitum artis Not.e appono sig —— num ——